



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 112. Sessio VII. Mediolanensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.
A. C. 1512.

§. CXII.

Sessio VIII. Mediolanensis.

In act. ib. 89. **D**ie vigeſima prima Aprilis, quæ erat feria quarta, habita eſt Sessio numero octava, ubi Missa de Spiritu Sancto ab Episcopo Magelonnensi (hodie Montispeſſulano) decantata, recitatum eſt Evangelium vigeſimæ quartæ Domini- cæ post Pentecosten ex capite 24. S. Matthæi, cum videritis abominationem desola- tionis in loco ſancto. Postea Antonius Seurre Parisiensis Doctor, ac Meldensis Canonicus prolixum dixit sermonem, in quo ſæpius adludebat in Corpus Christi mysticum, quod eſt Ecclesia, ſelegitque

*Matth. c. 24.
v. 28.*

Ubi- cunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Absolutis hiſce ſolemnibus Pro- motores novum libellum aduersus Pa- pam porrigunt, quo eum a ſui muneriſ functionibus ſuspendi poſtulabant, innixi Decreto Sessionis XI. Concilii Basileen- ſis, eoquod iſ poſt plures citationes com- parere neglexiſſet, jamque quartum in- mensem reponſi expectatione Patres fruſtrafſet. Hoc facto Præſes præcepit, ut ſummus Pontifex denuo vocaretur a duobus Cardinalibus nimirum Albreto, & Lugdunensi, necnon a Senonensi Archiepifcopo, Agathensi & Tulonensi Præ- fulibus,

salibus, ac duobus Abbatibus. Hi o. Secul. XVI.
 mnes pro more, ut jam retulimus, trina
 vice Papam per Guilielmum Nossai Con-
 ciliis Protonotarium citarunt, nullo autem
 ejus nomine comparente, Bajocensis Car-
 dinalis hujus absentiam Præsidi signifi-
 cabat; unde postulantibus Fisci Procura-
 toribus atque Promotoribus denuo con-
 tumaciæ sententia in eum ferebatur, ipse
 vero Augustodunensis consenso suggestu
 clara voce decretum suspensionis præle-
 git, his verbis conceptum:

§. CXIII.

Decretum Pisani Concilii de suspensione Julii II. Papæ.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus In act Concil.
 Sancti. Sacrosancta generalis Synodus II. Pisani.
 Pisana in Spiritu Santo legitime congregata universalem Ecclesiam repræsentans, &
 Mediolanum ad tempus translata, ad perpetuam memoriam.

Inter sacratissima generalium Concilio-
 rum instituta illud summopere est præca-
 vendum, ne peroptabile necessariumque Ec-
 clesiasticæ libertatis, ac reformationis opus
 tam in capite, quam in membris aliquo mo-
 do interrumpi, aut impediri contingat. O-
 nnis præterea obex removendus, omnisque
 adversa afferenda occasio. Auferte, in-
 quid Dominus per Esaiam, offendicula de
 medio